

23. Damnāmus transubstantiationem Pontificiam, & ἁερολατρείαν, & missam, & mutilationem: erroresque omnes qui cum istis consequuntur.

24. Error est Scripturæ Sacræ contrarius, quando dicitur, Spiritum S. ad bibendum porrigi in Sacramento Cœnæ. *

25. Licet ordinariè nemo, nisi vocatus Ecclesiæ Minister, Sacramentum Cœnæ administrare debeat, in summo tamen necessitatis casu fieri posse, ut Laicus vocatus & desideratus administret, haud negandum esse, dūco. *

DISPUTATIO XXIII.

De Novissimis.

1. Ordinariè mortis temporalis subiectum omnes sunt homines, quia in se considerata mors, pœna est propriè sic dicta, ex prima transgressione orta. 1. Cor. XVI. 22. *

2. Vitæ terminus, vi præscientiæ Divinæ omnino est infallibilis, minime vero ex decreto Divino præcedaneo, immutabilis, Psalm CXXXIX. 16. Eccl. XXXVIII. 5. *

3. Duo tantum in Scriptura describuntur animarum post mortem receptacula, quotquot præterea finguntur, novaturientium ingeniorum maneat domiciliâ. Apoc. XIV. 13. Phil. III. 19. 20. I. 23. Jud. 6. 7. *

4. Absurdum non est, dicere, bis mortuorum animas in primæ mortis tempore, in singulari aliquo detentas fuisse loco, ubi simul peccato originali infectæ manserunt. *

5. Unatantum & ea universalis mortuorum expectanda est in extremo die resurrectio. Joh. V. 28. 29. VI. 39. 40. *

6. Impii relurgent vi justitiæ divinæ. 2. Thess. I 8. Rom. XIV. 10. Pii autem vi meriti Christi. Joh. XI. 25. *

7. Eadem numero substantia resurget, quæ per mortem cecidit. Job. XIX. 26. 27. 1. Cor. XV. 54. *

8. Ante extremum iudicium non meliora sed potius deteriora expectanda sunt tempora, 2. Tim. III. 2. 2. Petr. III. 3. *

9. Totalis Anti-Christi excisio non speranda ante Christi ad iudicium adventum, 2. Thess. II. 8. *

L

10. Qyic.